



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXIII.


18. Octobris. 15. Cal. Novemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

tanta solebas animi in cœlum erecti
attentione persolvere, ut nulla cogita-
tio nisi de rebus divinis tunc locum a-
pud te inveniret. Cūmque solita de- *Horam*
votione aliquando versiculum illum *mortis*
Psalmi pronunciares: Cum dederit di- *cœlitus*
lectis suis somnum, ecce hereditas Do- *cognos-*
mini : insonuit auribus tuis cœlestis *scit:*
echo, te intrà unius mensis spatium
mortis somno soporandum, ac here-
ditatem regni cœlestis aditum. Non
indigeret pigritia mea tot ad sectandam
viriutem calcaribus, si oculos meos Iæpius
evibrarem in nobilissimam illam cœli hæ-
reditatem, in qua regnat lætitia sinè metu
gaudium sine dolore, æternitas sinè fine.

S. BERNARDUS, c. 22. de cont. mun.

Cogita quidquid vis, quidquid potes *Gloria*
exopta; excedit cogitatum tuum, & *cœle-*
desiderium omne exsuperat illa felici- *stis im-*
tas, æternitas illa, beatitudo illa. *mensa.*



18. Octobris. 15. Cal. Novemb,

A Pollinis sui ludibria ad rogum Del-
phi condemnent, & tripodem il- *S. Ber-*
lum garrulum mille pedibus concul- *nardus*
cent, hodierna die S. Divinæ Puerpe- *à B. V.*
ræ imago alio spiritu animatam se esse saluta-
ostendit, cùm à te, Bernarde, salu-
tata

324 ANNI CISTERCIENS.

tata dulcissimis his te verbis dignata
est affari: SALVE BERNADE.
Singularem hanc honoris simul atque
amoris prærogativam primùm Affi-
gemii, deinde etiam spiræ meritò ad-
mirata est præsentis populi multitudo
& utrobique nobiles icones ad perpe-
tuam facti memoriam devotè vene-
ratur

Liceat quoque meo in te amori


*Verbis Marianis te verbis paulò prolixius, ac de-
sumptis ex ejusdem carmine verbis allo-
qui. Salve Bernarde, Rex animorum, Pa-
ter misericordiæ vita, dulcedo, & spes te-
amanium salve. Ad te clamamus exules
filij tui: ad te in cœlis regnantem suspira-
mus gementes & flentes peccata nostra in
hoc lacrymarum valle. Eja ergo Advo-
cate miserorum illos tuos amabiles oculos ad
nos clientes tuos converte. Et Jesum solu-
sis de Cruce brachijs tibi constrictum, nobis
post hoc exilium ostende placabilem. O cle-
mens, o pie, o dulcis Bernarde.*

*Floruit B. GUICHARDE Monache Cla-
rævallis, genuinæ illius sanctimonie
sextator, quæ solis Divinæ majestatis
oculis patet. Hanc tamen paulò ante
obitum tuum spectare meruit B. Ro-
bertus, BERNARDI successor: qui
duos miræ pulchritudinis ephebos per
chorum flores spargere vidit: quos
cùm percontaretur, cur rem tam infor-
mitam*

litam hoc loci agerent; responderunt: Mori-
apparare se festivam celebritatem festi turus
mox in honorem novi cuiusdam san- ab An-
dri in coelo terrisque obeundi. Specta-gelo
culi finem fecit tabula mortuallis, cuius sanctus
pulsu ad te in extremis positum voca- dicitur.
tus, summa utriusque laetitia te vidit
purissimum spiritum efflantem. Stulte
hic nos mortales imaginamur civitatem
permanentem. De mansione nimirum æ-
terna securus est, qui per hanc peregrina-
tionem conversatur spiritu in cœlis, agnosc-
endus aliquando non ut peregrinus, sed
anticipata habitatione civis cœli.

S. BERNARDUS, ser. 7. in XL.

Felices qui se præsenti seculo nequam Homo
advenas & peregrinos exhibent, im- est pe-
maculatos se custodientes ab eo. Pe- regri-
nus siquidem viâ regiâ incedit, ræ.
non declinat, neque ad dexteram, ne-
que ad sinistram: ad patriam suspirat,
ad patriam tendit, victum & vestitum
habens, non vult alijs onerari.



19. Octobris. 14. Cal. Novemb.

B. FRANCO Converse Villatiensis, fl. circ.
qui pro seculi hujus, felicitatem annum
omnem in vanitate ponentis, genio e- 1200.

OO7 nutritus,